

Aduertencias para

Et minister de hoc [recipientes] non monēdo, vt docet Nauarro in Manu. ca. 22. de Sacramen. Confir.

15 ¶ Circa Baptismum debet scire Parochus, q̄ tantū aqua naturalis est eius essentialis materia, & forma, illa, qua vtitur Sācta Romana Ecclesia, videlicet. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sācti. Amē. Quauquam illa verba Ego, & Amen, non sunt de essentia Sacramenti, sed de necessitate p̄cepti. Nauarro vbi supra de Sacramento Baptismi.

¶ Debet etiam scire Parochus, q̄ plures Patrini admitti non debent ad tenendum puerum baptizandum. Nam in Synodo Tridentina Sess. 24. cap. 2. definitum extat, vt vnus tantum siue vir, siue mulier, vel ad summum vnus, & vna, baptizatum de fonte suscipiāt. Quapropter antequam ad baptizandum accedat: diligenter sciscitetur ab ijs, ad quos spectabit: quem, vel quos elegerint Patrimos & eum, vel eos tantum admittat: & in libro baptizati & eorum nomina describat: doceat que eos, quam cognationem contrahunt, ne ignorantia vlla excusari valeant. Instruatq; q̄ si alij vltra designatos, baptizatum tetigerint